Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25888
Copyright: Admont, Benediktinerstift

par turturum aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat
in hierusalem cui nomen symeon: et homo iste iustus et timoratus
expectans consolationem israel: et spiritus sanctus erat in eo. Et respon
sum acceperat a spiritu sancto: non visurum se mortem nisi
prius videret christum domini. Et venit in spiritu in templum. Et
cum inducerent puerum iesum parentes eius ut facerent secun
dum consuetudinem legis pro eo: et ipse accepit eum in ulnas suas
et benedixit deum et dixit. Nunc dimittis seruum tuum domine
secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare
tuum. quod parasti ante faciem omnium populorum. lumen ad reue
lationem gentium et gloriam plebis tue israel. Offertorium Diffusa est gra
tia labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum et in seculum seculi. Secret'
Oramus domine preces nostras et ut digna sint munera que oculis tue
maiestatis offerimus: subsidium nobis tue pietatis impende.
Per Postcanon Cum puerum iesum verbis obuiantes Decypphi
on Responsum accepit symeon a spiritu sancto non visurum se mortem ni
si videret christum domini. Compl' Quesumus domine deus ut
sacro sancta mysteria que pro nostris nobis contulisti: inter
cedente beata maria semper virgine. et prosint nobis remedium
esse sanas et futurum. Per Alia Per hoc nobis quesumus domine gra
tiam. qui iusto symeonis expectationem impleuisti: ut sicut ille
mortem non vidit. priusquam christum dominum videre meruerit:
ita et nos vitam obtineamus eternam. Per eundem Ad mandum
Orate celi desuper et nubes pluant iustum aperiatur ones mise
ricordiam et germinet saluatorem ps Celi enarrant gloriam dei et opera
manuum eius annuntiat firmamentum. Oratio Deus qui hodierna die ver
bum tuum beate virgini alvo coadunare voluisti: fac nos ita
domine incarnati sacramenta pagere. ut tibi place' valeamus. Per
Sed diebus illis. Facta est super me manus Ezechielis Prophete
domini: et edixit me in vision dei in terra israel. Et dimisit
me super montem excelsum nimis: sup quem erat quasi
edificium ciuitatis versentis ad austrum. Et in tro